Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



Xpe cunctorum dnator alme patris eterni genitus abore suplicum
vota pariterque ymnum cerne benignus. Cerne quod puro ds
in honore plebs tua suplex resonat in aula annuo cuius redeunt colenda
tempore festa. Hec domus rite tibi dedicata noscitur in qua ppls sacratum
corpus assumit bibit et beatum sanguinis haustum. Hic sacrosancti lati
ces veternas diluunt culpas primumque noxas crismate vero genus ut cre
etur xpicolarum. Hic salus egris medicina fessis lumen orbatis venia
que nris fertur offensis timor atque tremor pellitur omnis. Demonis
seui pit hinc rapina puicax monstrum pauet et retenta corpa linquens
fugit in remotas ocius umbras. Diuisio Hic locus nempe vocatur
aula regis eterni niueaque celi porta que vite patriam petentes accipit
omnes. Turbo quam nullus quatit haut vasantes diruunt venti
penetrantque nymbi non tetris ledit piceus tenebris tartarus horrens
Quesumus ergo ds ut sereno annuas vultu famulos subnans
qui tui summo celebrant amore gaudia templi. Nulla nos vite cru
cient molesta sint dies leti placideque noctes nullus ex nobis pereunte
mundo senciat ignes. Hec dies in qua tibi consecratam conspicis aram
tribuat prohene gaudium nobis viseatque longo temporis usu. Gloria
summum resonet parentem gloria natum pariterque sctm spm dulci modulemur ymno
omne pereum. Amen. Explicit matutinale cum diurnali.